

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



7224.

Dissertatio Juridica

56

3

DE

OBLIGATIONIBUS
GENERATIM.

QUAM,

SUMMO NUMINE OPITULANTE,

*Amplissimâ Facultate Iuridicâ in almâ
Argentoratensium Academiâ,
permittente.*

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Excellentissimi

DN. NICOLAI Schützen / J. U. D.
Publicitùs discutiendam
proponit.

LAURENTIUS BECKIUS
Alceano - Palat.

*In Collegio Ictorum. Die 14. Februarij.
Horis post 7. matutinis.*



ARGENTORATI

Typis JOHANNIS REPP I, Anno
M. DC. XXIX.

1629, 17.

(2)

OBBLIGATIONS

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA

DE LA



DE OBLIGATIONIBUS

T H E S I S I.



bligatio, de qua generalem in presenti Disceptationem sumus instituturi à ligando seu vinciendo vulgò dicta, pro nexu in personis juridicè contracto metaphoricè in materiâ Juris capitur. DD. ad princ. Inst. de Oblig.

II. Obindde Juris vinculum (a) quo necessitate (c) adstringimur (b) alicuius rei (d) solvendæ, secundum nostræ civitatis Jura (e) definitur d. princ. Inst. de O.

(a) Rectè l. 54. ff. de O. & A. l. 95 §. 4. ff. de solut. l. uni. C. si. serv. exter. quantumvis id, quod ex Obligatione nobis debetur, plerumq; corporale sit l. 1. de R. D. in princ. Inst. de R. corp. & incorp.

(b) Nos sc. Est namque jus in personâ l. 1. §. 8. l. 2. §. fin. l. 3. in princ. l. 25. in princ. ff. h. t. non re, quæ tamen ob jus pignoris vel hypothecæ sæpius, aut minùs propriè, obligata esse perhibetur l. 29. l. 30. ff. l. 12. l. 17. l. 21. C. de pignor. l. 2. l. 9. ff. l. 1. l. 2. l. 5. l. fin. C. in quib. caus. pign. l. 7. l. 11. l. 12. l. 16. l. 20. l. 21. ff. l. 4. l. 6. l. 7. l. 8. l. 10. C. qui pot. in pignor. & c. In hoc obligationis substantia consistit d. princ. Inst. l. 3. in princ. ff. h. t. quâ ab Actione debita in judicio persequente in pr. Inst. de action. l. 13. ff. quod met. caus. l. 2. C. de locat. secernitur.

(c) l. 108. de V. S. semel enim initæ obligationi invito adversario renunciandi sine causa legibus approbatâ §. 11. Inst. mand l. 5 §. 2. ff. de pos. l. 3. C. de locat. l. 1. l. 8. l. fin. C. de revoc. donat. l. 3. l. 5. l. fin. ff. de condict. caus. dat. licentia non est. l. 5. C. de O. & A. l. 12. C. de contrah. empt. l. 3. l. 7. C. de rescind. vendit. l. 35. §. 5. C. de donat. l. 36 §. 1. de indic. l. 17 §. 3. ff. commod. l. 9. in princ. ff. d. curat. furios. l. 29. l. 40. C. de transact. Hincq; judicium reddi in in vitum dicitur. l. 83. §. 1. de V. O.

(d) Omne omninò, quod in obligationem deduci posse Th. 38. & seqq. stabilitum complectentis. l. 1. ff. de R. C. l. 6. in princ. l. 23. de V. S. l. 32. §. 2. de legat. 2.

(e) I. Sanctionum legitimarum in obligationis vinculo ritè contrahendo. l. 54. l. 57. de O. A. l. 1. C. de rescind. vend. l. 7. in princ. de dol. mal. l. 1. junct. l. 137. in pr. de V. O. l. 29. §. 2. pro soc. l. 5. de R. l. l. 9. §. 7. de

R. C. l. 3. C. de restitut. in integ. l. 11. de reb. eorum qui subtut. l. 53. in pr. de furt. cum similib. Actionibus pro jure suo obtinendo instituendis. l. 9. C. de O. & A. l. 13. ff. quod met. caus. l. 3. l. 10. C. de pignor. l. 2. §. 6. de O. J. proditis exceptionibus objiciendis l. 5. C. de Inutil. stipul. l. 3. cum seq. ad SCrum Maced. l. 6. & 8. ad SCrum Vellej. tot. tit. Inst. & ff. de except. ceterisq; requisitis exactè attendendis. vid. l. 2 §. 1. l. 3. de R. C. l. 3. §. 1. Commod. l. 2. §. 8. de eo quod cert. loc. l. 31. l. 39. de solut. l. 37. ff. de evict. & plures alias, præscriptum. de quo Gloss. ad d. princ. Inst. h. t.

III. Ejusmodi vinculo juris obstringens propriè Creditoris, obstrictus Debitoris nomen meretur. l. 10. l. 11. l. 12. l. 108. de V. S.

IV. Obligatio alia NATURALIS est, alia CIVILIS l. 5. ubi gloss. & DD. de. l. & l. §. 1. Inst. l. 6. in fin. l. 16. §. 3. ff. de fidejuss. l. 1. §. 2. de V. O. l. 38. de Condiçt. Indeb. l. 5. in princ. l. 14 §. 1. de pignor. l. 1. de novat. l. 10. ad SCrum. Maced. l. 1. §. 7. de pec. const. l. 21. ad L. Falcid. l. 25. §. 1. quando dies legat. ced. Fundamentum distributionis in l. 1. ff. si is qui testam. l. 31. in princ. de posf.

V. ILLA naturali æquitate l. 1. §. 1. si is qui testam. siue ratione l. 1. §. 9. ff. h. t. aut jure l. 59. eod. quod merù gentium est l. 31. in pr. de posf. l. 84. §. 1. de R. I. & fidem fallere grave esse dicitur l. 20. C. de Transact. l. 1. in princ. de pact. l. 1. in pr. de pec. const. sub nixa ut nudum æquitatis vinculum sustinetur l. 95. §. 1. ff. de solut. Ea propter abusivè in jure obligatio dicitur. l. 16 §. 4. ff. de fidejuss. l. 10. de V. S. & actionis producendæ vi destituitur. l. 1. §. 17. ff. ad L. Falcid. l. 7. §. 5. de pact. l. 5. §. 2. d. solut.

VI. Eadem tamen Exceptionem parit d. l. 7. §. 4. l. 13. C. de pact. Soluti repetitionem impedit d. l. 1 §. 17. l. 10. h. t. l. 13. l. 19. in princ. l. 60. in princ. l. 64. de condiçt. Indeb. l. 16. §. 4. de fidejuss. l. 5. §. 2. l. 83. de solut. Compensationem l. 6. de compens. Fidejussionem l. 6. §. 2. l. 7. l. 16. §. 3. l. 21. §. 2. ff. §. 1. Inst. de fidejuss. l. 13. in princ. de condiçt. Indeb. Pignus l. 5. in princ. l. 14 ff. de pignor d. l. 13. in princ. Constitutum l. 1. §. 7. de pec. const. & Novationem l. 1. §. 1. de novat. admittit.

VII. Nascitur autem ex (1) CONTRACTIBUS Servorum l. 14. h. t. l. 13. in princ. l. 64. ff. de Condiçt. Indeb. Inter Patrem & Filium familias l. 38 §. 2. d. t. nisi in castrensi, l. 4. ff. de judic. l. 15. §. 1. ff. de castrens. pec. vel quasi l. 6. in fin. princ. C. de bon. qualib. l. 14. C. de advoc. divers. judicior. peculio, ratio in l. 2 ff. l. fin. C. ad SCrum. Maced. (quod item hodiè in adventitio, cujus præsentim parens non habet usumfructum, obtinere statuunt Gloss. & DD. ad d. l. 38. de Condiçt. Indeb.) & Fratres in sacris paternis constitutos d. l. frater à fratre 38. in pr.

VIII. (2) Simplici PACTO l. 5. §. 2. de solut. v. Gloss. ad § 9. inst. de act.

act. Diff. Baro & Connan. à Donnell. 12. Comment. 2. & Wesemb. in
parat. de pact. retusi à Lege civili (jure namque Canonum ex eo per c.
1. & 3. de pact. in 6to dari creditur actio) efficaciam non adepto, qua-
lia sunt Hypothecæ l. 1. in pr. de pignor. act. l. 17. §. 2. de pact. l. 23. C. de
pignor. §. 7. Inst. de act. Juratum tam extra c. 2. ibiq³ Gloss. & Canonist. de
pact. in 6to. quam in judicio §. 11. Inst. de act. initum. Judiciale 1. 4. §. 3.
ff. de fidejuss. & nominat l. 40. §. 1. de pact. vid. Wesemb. d. loc. num. 9. Do-
nationis l. 35. §. 5. C. de denat. Dotis l. 6. C. de dot. promiss. l. unic. in princ.
C. de rei uxor. act. Constituti l. 1. in princ. de pec. constit. §. 9. Inst. de act.
Usurarum pecuniæ trajectitiæ l. 7. ff. de naut. fan. similis vel l. 5. d. rit. aut
à Civitate l. 30. ff. de usur. vel Argentario Nov. 136. c. 4. creditæ. Contra-
ctui in continenti l. 7. §. 5. ff. l. 13. C. de pact. l. 40. de R. C. l. 23. de R. I. etiam
quo ad usuras, in eo qui bonæ fidei est l. 24. l. 26. §. 1. ff. de pos. l. 5. C. de pact.
int. emp. adjectum.

IX. (3) POLLICITATIONE l. fin. ff. qui testam. fac. poss. Paul. 5.
sentent. 12. §. 9. nisi votum pium contineat. l. 15. C. de SS. Eccles. l. 2. ff. ubi
Gothof. de poll. c. 6. c. 7. X. de vot. c. 1. & seq. 17. q. 1. c. in malis 22. q. 4. aut
venerabilibus locis d. l. 15. itemve Reip. vel municipio ex justacausa d.
l. 1. §. 1. & 5. l. 3. in pr. l. 4. l. 6. l. 7. l. 9. l. 14. d. t. de poll. aut sine eâ opere pro-
missio impleri ccepto d. l. 1. §. 2. cū seqq. d. l. 3. in pr. l. 8. l. 9. l. 14. d. tic. fiat.

X. (4) NATURÆ, puta ad remunerandum l. 54. §. 1. de furt.
l. 25. §. 11. de petit. hered. sed sine ullo civili effectu v. Donnell. 12. commēt.
2. quostamen copiose sibi recensere videtur Jason. ad d. l. 5. ubi & Bart.
& DD. de J. & J. Suos alendum l. 1. §. 16. de agnos. & alend. lib. l. unic. §.
taceat. C. de re uxor. act. l. 1. §. 3. de J. & J. l. fin. §. 5. C. de bon. qua lib. Nov.
12. c. 2. Id quamvis ad necessitatem juris in persona Liberorum l. 5. in
princ. §. 1. & 12. ff. l. 3. & 4. C. de alend. lib. etiam naturalium Auth. licet.
C. de natur. lib. l. unic. C. divort. fact. & quo ad matrem vulgò quasi-
torum d. l. 5. §. 4. (ex damnato coitu tantum modo nato exclusis Auth.
ex complexu C. de incest. nupt. nisi ex statuto Pontificio c. cum haberet. X.
de eo qui dux. in matrim.) minime ingratorum d. l. 5. §. 11. ubi Bart. l. fin.
ibiq³ Gloss. C. de alend. lib. parandis sibi alimentis non sufficientium,
d. l. 5. §. 7. ubi vid. Gothof. arg. l. unic. C. de mend. valid. Parentum ino-
pum d. l. 5. in pr. & §. 13. ff. l. 1. & 2. C. de alend. lib. d. Auth. si pater quam
vid. & Fratrum Sororumque l. 4. ff. ubi pup. educ. T. 73. §. 1. de jure dot.
hodie sit redactum.

XI. (5) PIETATIS; veluti ad personam necessariam dotan-
dam l. 32 §. 2. de Condit. Indeb. mortui cadaver funerandum l. 14. §. fin.
de religiof. & sumpt. funer.

XII. (6) Seque cum alterius jactura non locupletandi l. 206. de
R. I. c. 48. eodem in 6to l. 14. de Cond. Indeb. instinctu. Et

XIII. (7) ET SOLENNITATUM JURIS, IN ACTU ALIAS OBLIGATORIO DEFECTU; veluti testamento minus solenni, l. 3. C. de testam. Gloss. & Bart. ad l. 1. de Cond. Indeb. vid. DD. in primis Bart. ad l. 5. de J. & J. & l. 60. de Cond. Indeb.

XIV. HÆC vel merè CIVILIS, quæ auctoritate præceptorum civilium actionem rigore juris tribuit, sed exceptionem suavis æquitatis admittit, veluti, ex Chirographaria spe pecuniæ numerandæ non numeratæ cautione, ea namque pecuniæ non numeratæ exceptione intra biennium eliditur §. 7. Inst. de except. in princ. Inst. de liter. Oblig. l. 14. & t. t. C. de non numer. pec. quo elapso probandæ intentionis unus eam comitatur. l. 1. l. 10. l. 13. C. d. t. Canon. in c. fin. X. de solut. Salic. ad l. 3. n. 18. C. de non num. pec. las. ad l. 30. n. 7. de R. C. Castr. ad dl. l. 14. Dec. ad c. 206. X. de R. I. Dyn. ad c. 48. eod. in 6to & alij.

XV. Eadem si in obligatione efficaci ob pactum forsan liberatorium, aut jusjurandum præstitum naturalis evanuerit, sub est. l. 95. §. 4. de solut. l. ult. in princ. de jurejur.

XVI. Vel NATURALIS CIVILIS l. 8. §. 3. de fidejuss. quandoque dicta Naturalis l. 16. §. 4. d. t. l. 10. de O. A. l. 126. §. 2. de V. O. plerumque simpliciter Civilis l. 7. in pr. de pact. d. l. 16. §. 3. l. 5. in pr. de pignor. l. 1. de novat. & alibi, tam confirmationis quam introductionis intuitu. §. 1. inst. h. t. l. 5. de J. & J. Cui ut actionem ad exigendum efficacem parienti, cum in potentiore semper significato verba capiuntur c. pen. X. de sentent. excommun. traditam definitionem propriè convenire. ad d. pr. Inst. à Gloss. & DD. unanimiter traditur.

XVII. Eam in Civilem stricte sic dictam seu legitimam à Legibus, Plebiscitis, Scitis, Principum, placitis & prudentum responsis pendet, cui ex Consuetudine l. 32. de LL. & statuto civitatis superioris l. 9. de J. & J. §. 2. Inst. de I. N. G. & C. profluentem associamus, & HONORARIAM, quæ à prætoris jurisdictione proficiscitur. §. 1. inst. l. 52. §. 5. & 6. de O. A. l. 7. de J. & J. l. 5. §. fin. de pec. constit. in qua Ædilitia constituitur. §. 7. inst. de I. N. G. & C. §. 2. inst. de divis. stipulat. l. 5. in princ. de V. O. Juris auctores partiuntur. Quæ omnia genera exactè discernere magni ponderis est l. 35. in pr. h. t. in pr. inst. de P. & T. A. l. 3. & 4. C. de prescript. 30. vel 40. ann.

XVIII. Oritur Obligatio ex CONTRACTU tam Innominato l. 7. §. 1. de pact. l. 5. & t. t. de prescript. verb. quam Nominato re, verbis, literis aut consensu solo inito l. 1. & 2. ff. h. t. §. fin. inst. cod. eum seqq.

XIX. Consensus autem qui ex utrâquè parte debet esse contractus l. 1. §. 3. de pact. l. 55. h. t. Si contrahensium calliditate cui jura non

non opitulantur. l. 2. §. 3. ad SC. Vellej. l. 48. §. 1. de administ. tut. l. 2. C. si
min. se maj. sit subjectus. l. 1. & t. t. de dol. mal. aut vi metuve, cum &
ultrò citroque liberrimus esse jubeatur l. 5. C. de O. & A. l. invitum. C. de
contrah. empt. l. nec emere. C. de jur. de lib. extortus l. 116. de R. J. l. 1. & t. t.
quod met. caus. non toleratur.

XX. Sed id cum diversi modè fiat Bonæ fidei quidem Contra-
ctus principio doloso. l. 7. in pr. de dol. mal. ubi Gloss. Bart. & Cujac. l. 3.
§. ult. pro soc. l. 16. §. 1. de minor. l. 5. C. de rescind. vendit. Donell. 12. Com-
ment. 7. & ad l. 36. ubi & Cujac. de V. O. Diss. Wesemb. n. 1. & 5. in 7. ff. d.
dol. mal. Robert. Aurel. 3. Animadvers. jur. civ. l. 2. & 3. aut violento, l. 1.
& 8. C. de rescind. vend. l. 21. §. 3. arg. l. 14. §. 13. quod met. caus. Cujac. ad
d. l. 21. §. 3. & ad d. l. 36. Boc. class. 2. Disput. 2. th. 5. Donell. d. loc. Philip-
Matth. ad d. l. 116. Diss. per d. l. 21. §. 4. l. 9. §. 4. l. ult. §. 1. ff. l. 5. C. de his quæ
vi metusve. Bart. & Bald. ad d. l. 21. §. 4. Costal. ad d. l. 7. de dol. mal. & alii.
à Gædeo c. 3. concl. 7. num. 157. & seqq. de contrah. stipul. refutati. in hæ-
rentes, ipso jure sunt infirmi, stricti juris verò ope exceptionis infir-
mantur l. 9. C. de contrah. stipul. l. 5. C. de inutil. stipul. l. 36. de V. O. §. 1.
Inst. de except. DD. dd. loc.

XXI. Dolus si incidens sit in illis ejusdem contractus actio non
ad rescindendum sed ad purgandum dolum gignitur d. l. 7. §. 3. in fin. l.
13. §. 4. de act. empr. in His exceptio datur d. 7. §. 3. v. DD. supra cit.

XXII. MALEFICIO, veluti furto rapina, damno, Injuria
l. 4. l. 25. §. 1. h. t. in pr. inst. de O. quæ ex del. cum tt. seqq. quæ omnis unius
generis est nam ex re i. ipso maleficio nascitur. d. l. 4. d. pr.

XXIII. Hinc tamen ut obligatio exurgat, dolosum ut pluri-
mum delinquendi propositum intervenire. §. 7. §. 18. Inst. l. 50. §. 2. l. 53. in
pr. de furt. l. 14. ff. l. 1. C. ad L. Cornel. de sic. l. 3. §. 1. ff. l. 5. C. de injur. l. 7. §. 5.
ff. quib. ex caus. in poss. l. 44. §. 1. ad L. Aquil. §. 1. inst. vi bon. rapt. ipsumq;
delictum actualiter perpetratum esse l. 1. l. 52. §. 19. de furt. l. 18. de pæn. l.
15. §. 10. de Injur. l. 1. quod quisq; jur. aut ad actum simpliciter præpara-
torium vel consummationi proximum in atrocioribus devenisse l. 1. in
pr. §. 1. & 3. ff. l. 3. §. 4. ff. l. 7. C. ad L. Corr. do sicar. (quamvis id ut nimis
durum hodie generali defuetudine inumbratum sit. specul. tit. de ac-
cus. §. 1. n. 7. Bald. & Cy. ad d. l. 7. Afflict. decis. Neapol. 21. n. 11. Boer. decis.
323. n. 6. Wes. in parat. d. t. n. 16. cogitur.

XXIV. Quod si personæ deputatæ an putativæ l. 3. §. 2. l. 18. §. 3.
de injur. in re l. 2. l. 27. §. 5. ad L. Aquil. aut corpore tot. tit. de injur. per
se aut alium nocitum sit, parum attenditur.

XXV. Ut plurimum: nam culpa etiã levissima L. Aquilia.

l. 44.

l. 44. ad L. Aquil. & juris imprudentia in rei suæ sibiue debitæ rapinâ, Divalibus Constitutionibus, §. 1. Vi bon. rapt. l. 7. C. unde vi. l. 13. quod metus caus. coercetur.

XXV. Quæ itaq; ex improvise potius casu quam fraude accidunt fato non noxæ imputantur. *d. l. 1. C. ad L. Corn. de sic.*

XXVII. Quasi CONTRACTU (*non expresso, sed tacito vel præsumpto consensu suffulto*) & quasi DELICTO (*sine dolo sola culpa, commisso*) *l. 5. ff. h. t. tor. tit. Inst. de O. qua quas. & del. quorum intuitu ex proprio quodam jure ex variis causarum figuris O. nasci in l. 1. ff. h. t. aut aliis quibusdam modis agi §. 1. inst. de act. statuitur.*

XXVIII. Non autem tantum singuli sed & universitas, veluti Civitas ex hisce Contractuū ab his, qui eam totam repræsentant. *Zaf. ad L. Civitas ff. de R. C. ejusve administratoribus specialiter ad eam rem propositis l. 11. in pr. de pignor. arg. l. fin. ff. quod eum eo qui in alien. l. 1. §. 7. de exerc. act. l. 5. §. 11. de instit. act. aut consilio communicato l. 9. §. 1. ff. quod met. caus. quam ad hoc citat. Costal. ad l. civitas de R. C. vel in ejus utilitatem d. l. civitas. initorū (De Ecclesiâ cæterisq; venerabilibus locis vid. Nov. 120) & Maleficiorū l. 4. de vi & de vi arm. d. l. 9 §. 1. quod met. caus. si consilii publici convocatio & deliberatio præcellerit Bart. in l. aut facta §. ult. de pæn. Osasc. decis. Pedemont. 138. n. 72. & seq. quanam hoc casu arti culanda & probanda exponens. Clar. pænas ejusce rei varias recensens d. loc. quest. 16. n. 8. cum pluribus citatis, ab ipsis de Universitare aut ejus vicem gerentibus commissorum, vid. in primis Myns. 4. Obs. 78. causis Obligationi supponitur.*

XXIX. Ea vero ut non modo per nosmet ipsos sed & alios nos respicientes, putà, Servos nostros indistinctè, *inpr. inst. per quas pers. nob. O. A. l. 41. de pecul. Filiosfam. in profectio & adventio, quo ad usum fructum, peculio d. pr. l. 6. in pr. C. de bon. qua lib. Liberos homines, Servosve alicuos bonâ fide §. 1. inst. d. t. l. 1. C. de R. V. aut jure usus fructus vel usus §. 2. inst. d. t. possessos, ex operis suis aut re nostra, tam Contractuum quam Delictorum l. 1. §. 3. l. 15. §. 34. 35 & 44. ff. §. 5. inst. de Injur. l. 30. in pr. de pact. (quorum intuitu quandoq; & per nulum Socero §. 2. inst. de injur. uxorem Marito d. l. 1 §. 3. d. l. 18. §. 2. d. l. 2. sponsam Sponso d. l. 15. §. 24. v. d. l. 18. §. 4. conductorem Locatori §. 15. inst. l. 12. in pr. l. 14. §. 2. l. 26. §. 1. l. 82. ff. de futr. commodatarium Commodanti d. l. 14 §. 14. cum seqq. l. fin. C. §. 16. inst. d. t. & c.) ratione nobis acquiritur: Ita è converso ex Contractu eorundem Servorum l. 41. de pec. rem peculiarem agentium l. 3 §. 5. d. t. l. 20. de fidejuss. Filiorumque fam. d. l. 3 §. 5. l. 3 §. 9 de pec. Item Magistrorum vel Submagistrorum §. 2. inst. quod cum eo. l. 1 §. 5. 7. & pen. ff. l. 4. C. de exerc. act.*

Insti-

Institutorumque d. §. 2. l. 1. l. 7. l. 11. §. 2. ff. de instit. act. ut & Delicto tam
Servorum d. l. 18. §. 1. de injur. l. 2. in pr. & §. 19. vi bon. rapt. l. 1. & t. t. de
noxal. act. l. 42. in pr. de furt. quàm Mandatariorum, Conductorum, vel
fraudulosâ nostrâ persuasione aut procuratione Impulsorum l. 52. §.
19. de furt. l. 1. cum seqq. de serv. corrupt. l. 2. §. 2. & 12. l. 4. in pr. §. 4. & 5.
vi bon. rapt. l. 5. §. 9. l. 11. in pr. §. 3. 4. 5. & 6. l. 15. §. 2. & 8. de injur. l. 7. §.
5. de juris d. l. 4. §. fin. l. 5. in pr. ne quis eum qui in jus voc. l. 1. §. 1. de eo per
quem fact. cum simill. in persona nostra nascitur.

XXX. Obligari ex Contractu nequit Furiosus & Mente ca-
ptus l. 1. §. 12. l. 43. ff. h. t. l. 5. de R. I. qui, quia mente carent §. 1. inst. quib.
non est perm. fac. test. sui que non sunt l. 7. §. 9. ff. quib. ex caus. in poss.
ob indeque voluntatem non habent l. 40. de R. I. & quid agunt non
intelligunt §. 8. inst. de inutil. stip. per omnia & in omnibus absentium
vel quiescentium loco reputantur l. 2. §. pen. de jur. Codicill. l. 124. de
R. I. l. 17. §. 11. de injur.

Ebrius, ad alienationem usque mentis poculis obrutus, qui quid
loquatur nescit, sepultus jacet c. sane. 15. q. 1. mentis exilium patitur
c. ac rapula extra. de vita & honest. cler. c. 6. dist. 35. furore ducitur. c.
venter. d. dist. 35. v. Gædd. d. loc. Menoch. de A. l. Q. cas. 326. n. 1. Reinck.
de Reg. sec. & Eccles. lib. 2. class. 1. c. 8. num. 24.

Infans l. 1. §. 17. ff. h. t. i. annis septem minor. l. si infanti. C. de jur. de-
lib. qui cum nullum habeat intellectum, parùm à furioso distat. §. 9.
Inst. de inutil. stipul.

Pupillus sine tutoris auctoritate l. 9. de autor. tut. §. 9. Inst. de inu-
til. stip. in pr. inst. de auctor. tut. qui item ob ætatem neque scire neque
decernere magis quàm furiosus potest. l. 9. ff. de adquir. hered. Si ta-
men contrahendo locupletior factus est ex rescripto D. Pij efficaciter
convenitur l. 3. §. pupillus de negot. gest. l. 3. in pr. ff. commod. l. 5. in pr. de
autor. tut.

Minor Curatorem habens ratione bonorum: ejus namque æta-
tis fragile quoque adhuc & infirmum est consilium, multis captioni-
bus obnoxium, multorum insidiis expositum. l. 1. de minor. Non per-
sonæ extra rerum administrationem. l. 101. de V. O. Cujac. ibidem & 19.
obser. 33. Borch. de jure jur. c. 3. n. 28. Vult. Discep. Scholast. c. 16. Dis. Bart.
Donell. & alii ad d. l. 101. Castrens. & Sichard. ad d. l. 3. Gædd. de contrah.
stip. c. 7. concl. 14. & ad l. 21. de V. S. axio. 1. Curatorem non habens ob-
stringitur d. l. 3. C. de in integ. restit. ibiq. Sichard. l. 43. de V. O. Bart. &
Castr. ad d. l. 101. Sed læsus causa cognita intra tempora præfinita, nisi
fallaci majoris ætatis mendacio deceperit l. 2. C. si min. se maj. dix. aut
veniam ætatis post annum 20. vel 18. moribus per testes idoneos pro-

B

batis

batis à principe impetrarit l. 1. & 2. C. de hi qui ven. ar. d. l. 21. de V. S. re-
stituitur d. l. 3. t. t. ff. de minor. 25. an.

Prodigus l. 6. de V. O. l. 10. de cur. furios. qui, cum neque tempus
neque finem experiarum habens bona sua dilacerando & dissipando
profundat. l. 1. de cur. fur. & furiosum administrando faciat exitum l. 12.
§. 2. ff. de tut. & cur. dat. ab his. voluntate contrahendi destituitur l. 40.
de R. I. pupilloque comparatur l. 9. §. 7. de R. C. Ei autem quamvis ipso
jure l. 12 tab. bonis interdicitur l. 1. in pr. de curat. fur. l. 18. in pr. qui test.
fac. poss. l. mutum. §. 1. de acquir. hered. id tamen effectum in certo subje-
cto sortiri non nisi causæ cognitione adhibita magistratusque decreto
interposito potest. l. Iulianus l. si furioso. in prin. cur. furios. l. 12. §. 2. de
tut. & curat. dat. Duar. Bart. Cujac. Castr. & alii ad d. l. 6. de V. O. Go-
mez. 2. var. resol. 14 n. 30 Vigl. Zuich ad §. item prodigus. Inst. quib. non est
per fac. test. Gædd d. loc. c. 7. concl. 10. n. 134. & seqq. Philip. Matth. ad d.
l. 40. de R. I. Dis. Donell. ad d. l. 6. & Accurs. ad l. 18. qui test. fac. poss.
quamvis si notorie quis prodigus sit id necessarium non sit c. evidentia
X. de accus. l. 8. ff. pro emp. l. 5. §. 1. qui satud. cog. v. Dn. D. Lindem. tract.
de mutuo d. ff. 1. §. 18.

(Sitamen ex re actio venit: Prodigus, Furiosus & Minores etiam
sine curatore vel tutoris auctoritate obligantur l. 46. de O. A. l. 29. in
pr. ff. com. divid. l. 33. pro soc. l. 3. §. 5. de negot. gest. l. 34. in fin. eod.)

XXXI. Porrò Filius familiæ si mutuū contrahat propter SCtum
Maced l. 1. & t. t. ad SC. Maced. Cum namque sæpius eveniret, ut one-
ratus ære alieno pecuniæ creditæ in luxuriâ consumptæ, vitæ parentis
insidiaretur §. 7. Inst. quod cum eo qui melius visum fuit juveniles co-
arctari. calores ne cupidini vitiisque deditus tristem sentiat exitum
qui eum post dispersum expectat patrimonium. l. fin. §. pen. C. de bon.
qua. lib.

Mulier, si pro aliis intercedat ob Vellejanum l. 1. l. 2. in pr. §. 2. &
fin ff. Auth. si qua. C. ad SC. Vell. l. 9. §. 1. qui satud. cog. Nov. 134. c. 8. ne of-
ficio civili fungatur & periculum rei familiaris subire cogatur d. l. 1. §. 1.
Cui & conditio indebiti, si quid ex ea causa solverit, suppeditatur l. 40.
de Cond. Indeb. l. 8. §. 3. l. 24 §. 2 ff. l. 9. C. h. r.

Et, si Civilis sit, Deportatus: l. 17. §. 1. de pæn. cui hodiè similis
est Imperii Bannitus, de cuius miserrimo infortunio v. Const. P. P. an.
1548. sub. tit. Die Pæn. der fridbrecher Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. so ja
mand. & Gail. de P. P. c. 1 n. 24. & seqq.

XXXII. His inter sese contrahentes accensentur Rectores
provinciarum, omnesque officium in provincia civitate vel vico susti-
nentes unà cum domesticis assessoribus & officialibus temporariis,
per

per se aut interpositam personam, victus & vestitus necessitate excepta, Eorumque Subditi l. 33. l. 34. de R. C. l. 3. C. si cert. pet. l. 46. §. 1. de jur. ff. l. unic. C. de contr. jud. vid. Cujac. 16. Observ. 13. sc. ut omnis violentiæ concussionis & Impressionis metus aut suspicio in contrahendo præcaveatur. Dn. D. Lindem. d. loc. §. 42.

Advocatus & Clienspendentelite, cujus timore omnia largiretur. l. quæ quis. & ibi Gloss. C. de postul. v. Gomez. 2. var. resol. c. 14.

Medicus & Ægrotus cuncta ad ejus itidem natum spe adipiscendi sanitatem facturus l. 3. ff. de extraord. cognit.

XXXIII. Non ex Delicto pariter Furiosus, quem fati excusat infelicitas l. 12. ad L. Corn. de sic. l. 5. §. 2. ad L. Aquil. l. 3. §. 1. de injur. l. 14. de offic. pras. l. unic. C. si quis Imp. maled. c. illud. 15. q. 1. eo quamvis tempore dilucidi intervalli aut ante furorem admissio. Bald. in l. 9. C. qui rest. fac. l. si ibidem n. 8. Cagnol. ad l. 5. n. 3. de R. I. Plac. lib. 1. delict. c. 29. n. 1. & 7. Lud. Carer. pract. crim. §. homicidium 6. n. 15. & seqq. nisi ob criminis immanitatem ad pœnam ordinariam, aut cujuscunque alterius ad arbitratiam d. l. 14. de offic. pras. Bald. d. loc. quod non nisi furore redeunre vel superveniente processu suarum defensionum perfecto concedit Clar. lib. 5. pract. crim. §. fin. n. 7. ubi multa scitu utilia in hoc puncto memorat.

Infans & Infantia proximus quos consilii innocentia tuetur. d. l. 12. ad L. Corn. de sic. d. l. 5. §. 2. ad L. Aquil. l. 3. §. 1. de sepulch. viol. l. 23. de furt. d. l. 3. §. 1. Injur. l. 2. §. 19. vi bon. rapt. §. 9. Inst. de inutil. stip. nulla namque in parvulis deprehenditur culpa l. 55. in fin. de fideic. libert. vid. Placa. d. loc. c. 32. n. 1.

(Pupillus pubertati proximus, cum doli capax sit, ex maleficio tenetur l. 13. §. 1. de dol. mal. d. l. 23. de furt. d. l. 5. §. 2. ad L. Aquil. l. 111. de R. I. §. 18. de furt. sed pœna ordinaria pro arbitrio judicis mitigatur l. ferè 108. de R. I. c. 1. X. de delict. puer. & nunquã, ut volunt, pœnã mortis (quod tamen ob l. 14. de SC. Syllan. patitur controversiam) aut membri mutilationis afficitur vid. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. c. 329. n. 5. & seqq. Gail. 2. obs. 110. n. 31. & seqq. Gomez. 3. var. resolur. c. 1. n. 62. Bart. Tag. tract. caus. crim. p. 6. n. 58. & exempla apud Clar. d. §. fin. q. 60. n. 3. Fac. Gel. 11. Noct. Attic. c. 18.

De minore quid statuendum non parum controvertitur. Sed ei quamvis per restitutionem in atrocioribus non subveniatur, cum malorum mores animi infirmitas non excuset, & qui præcepta legum violat, earum auxilium frustra invocet l. 9. §. 2. l. 37. §. 1. de min. l. 1. C. si advers. del. si tamen circumstantiæ pœnæ mitigationem urgentes subsint, ætatis miseratio ad mediocrem pœnam simul ut in levibus l. capi-

talium. §. 3. de pœn. judicem producere debet d. l. 37. §. in delictis. Tag. d. loc. n. 59. & seq. Menoch. d. loc. n. 11. Clar. d. n. 3. Plac. c. 32. n. 11.)

Plene Ebrius c. sane 15. q. 1. l. unic. C. st qui Imp. maled. qui tamen ob culpam pœna extrâ ordinariâ plectendu sl. 12. in fin pr. de custod. & exh. reo. l. 6. §. 7. de re milit. c. inebriaverunt. 15. q. 1. Tiraq. de pœn. caus. 6. Menoch. c. 326. Sebast. Medic. de cas. fort. p. 2. q. 5. n. 42. Pla. d. loc. c. 30. n. 1. Clar. d. loc. n. 12. Hyppel. ad l. 1. n. 63. de sicar. Bart. & DD. ad l. 11. §. 3. de pœn. vid. Gail. d. loc. n. 24. & seqq. Carer. d. §. 6. n. 22. & seqq.

Dormiens, nisi sibi talia quandoque evenire solere noverit: tum namque si non præcavisset culpæ ratione pari modo pœnæ extraordinariæ subjiçendus Bart. ad l. pen. de parric. Pla. c. 31. n. 3. Tiraq. d. loc. caus. 5. n. 10. Sebast. Med. d. loc. n. 39. & in tract. Mors omnia solvit p. 1. n. 101. Gail. d. loc. n. 30. fufius Menoch. c. 327. Carer. d. loc. n. 15.

Calore iracundiæ; immodicæ quæ insaniam gignit Luc. de Pen. in l. omnes C. de decur. pers. Saty. 3. lacesitus l. quicquid de R. l. vid. Menoch. c. 319. n. 33. & c. 361. n. 8. DD. in c. dudum Ex. de convers. conjugat. Gail. d. loc. n. 35. & seqq. cum plurib. ibidem citatis. nisi tamen perseverantia animi judicium ostendens, post accesserit d. l. quicquid. ibidemq. Cagnol. & ceteri DD. aut ex injusta causâ, culpæ reatum inducente, profuat juxta Menchia. in controv. illust. c. 18. n. 29. vid. etiam Carer. d. loc. n. 171. & seq. quod ultimum in levibus commissis veniam plerunque merentibus vix obtinet de quo Clar. d. loc. n. 9. arg. l. 11. in pr. de pœn.

Et Metu mortis aut intole rabilis corporis cruciatus ad delinquendum compulsus Clar. d. loc. n. 17. cum alleg.

XXXIV. Ob nimium amorem maleficium perpetrans non excusatur: quamvis, cum furore amoris nihil vehementius sit Nov. 74. c. 4. in pr. de quo Plat. in Phadro, Eurip. in Antigo. pro pert. lib. 2. Eleg. Sen. in Mede. pœna mitior irrogetur Tiraq. d. loc. c. 4. n. 1. Clar. d. loc. n. 10. Menoch. c. 328. à muliere amoris causa corporis sui copiam faciente vitium meretricium lepidè enarratione removens.

XXXV. Senem in levibus duntaxat non severiori pœnæ subjugari; Prodigum in iis quæ omittendo fiunt impunem evadere; Ignorantem à dolo excusari; pœnitentem ante delictum, quod perficere potuit, perfectum leviori sententia frui Ext. Hæc cum ceteris delinquentibus pari jure pro ratione commissi delicti censeri, defensive & remissive tractat. Clar. d. l. n. 6. 11. 14. & 21.

XXXVI. Justum dolorem non impunitatem delicti tribuere, sed quale quale pœnæ temperamentum inducere perspicui juris est.

est. *l. si quis in gravi. §. maritus ad Syllan. l. ff. adulterium. §. Imperator de adult.*

XXXVII. Mandatum Principis, Tyranni, Superiorioris, Domini, Patris an & quatenus excuset prolixè memorant *Clar. d. loc. n. 15. Menoch. de A. l. Q. c. 354.*

XXXVIII. Obligatiōi ex parte contrahentiū substerni possunt Res penè omnes, sive mobiles, sive soli, *in pr. inst. de inutilib. stipul. corporales in pr. inst. de R. corp. simul & incorporales §. fin. inst. de servit. extantes & futuræ l. 8. in pr. l. 34. §. 2. de contrah. empt. l. 73. in pr. l. 83. §. 5. de V. O. l. 3. C. de donat. non propriæ duntaxat, sed & alienæ l. 31. §. 1. De pos. l. 15. 16. Commod. l. 20. in pr. ff. de pign. act. l. 51. de V. O. §. 36. Inst. d. R. D. §. 4. Inst. de legat.*

Excipiuntur Litigiosæ *l. 2. & 4. C. de litig. i. in iudicium deductæ Auth. Litigiosa. C. d. t.*

Extinctæ aut in rerum naturâ nunquam existentes ut Hippocentaurus *§. 1. Inst. de Inut. Stip. l. 103. de V. O. l. 57. de contrah. empt. l. 1. §. 9. h. t.*

Commercio humano; ut liber homo, etiam in eventum perditæ libertatis *d. l. 103. d. l. 1. §. 9. l. 83. §. 5. d. V. O. l. 34. §. 2. de contrah. empt. res sacra (nisi in puncto redemptionis captivorum, famis, & debiti Ecclesiæ, quod aliundè solvi non possit, si mobilis sit & superflua l. 21. cum Auth. seq. C. de SS. Eccles.) religiosa & publica perpetuò usibus populi ut campus Martius, basilica, forum, theatrum, stadium &c. Principisve, ut horti Salustiani, fundas Albanus, expositis, §. 2. inst. de Inut. stipul. d. l. 1. §. 9. de O. & A. d. l. 83. §. 5. l. 39. §. 8. cum seq. de legat. 1. §. 4. inst. eod. Aut Creditoris l. 34. d. V. O. l. 49. §. 2. de legat. 2. veluti mancipio Christiano, ratione Judæi, paganiat Hæreticil. 1. & 2. C. ne mancip. Christ. exemptæ.*

Et Hereditas viventis adimenda vel danda *l. 61. de V. O. l. 11. C. de transact. l. 35. de inoff. testam. l. 15. l. 19. l. ult. C. de pact. l. 5. C. de pact. convent. tam sup. act. l. 3. C. de colbat. l. ult. de suu & leg. vid. Gædd. de contrah. Stipul. c. 6. concl. 7. Sicbar. ad d. l. 3. Donel. ad d. l. ult. C. de pact. Cujac. 10. resp. Papin. p. 447. & seqq. Vasqu. de success. creat. lib. 2. §. 18. requis. 29. Mod. Pistor. Con. §. 8. q. 1. Wesenb. conc. 71. Gail. 2. obser. 125. & O. 115. nisi quoad Milites de mutua successione pasciscentes d. l. 19. ubi Donn. de pact. aut Conjuges in casu non existentium liberorum idem reciprocè secundum nootriam Germaniæ consuetudinem facientes de quo v. Myns. 2. observ. 33. & Resp. 14. dec. 2. Wesenb. 2. Conf. 71. n. 39.*

XXXIX. Itemq; Facta non minus ut corpora in commercio nostro existential. *7. §. 14. de pact. l. 15. l. 22. l. pen. de presc. verb. sed propria non aliena*

aliena. l. 38. in pr. & §. 1. l. 83. in pr. de V. O. §. 3. Instit. de inutil. stipul. nisi
pœnâ adjectâ, aut quanti ea res sit d. l. 38. §. 2. vel etiam Contrahentis in-
ter esse sublit d. l. 38. §. 2. Eaque quæ naturâ aut jure possibile sunt l. 31.
l. 138. de R. l. l. 7. l. 26. l. 27. l. 35. in pr. & §. 1. l. 69. l. 123. l. 137. §. 6. de V. O.
l. 1. §. 11. l. 31. h. t. §. 10. Inst. de inut. stipul. & l. 2. §. 6. de eo quod cert. loc. l.
27 §. 4. de pact. Fac. l. 15. de condit. instit. alioqui nec juramentum tali
Conventioni additum quicquam operatur l. 5. in fin. C. de LL. l. 7. §. 16.
de pact. l. 112. §. fin. de legat. 1. Nov. 51. in pr. c. non est de R. l. in 6to. c. et s.
Christus. Ex. de jure jur.

XL. Ex parte Delinquentiam, omnia Facta illicita, jure natu-
rali aut civili prohibita §. 1. Inst. de furt. l. 1. ne quis eum qui in jus. l. 4. §. 1.
de in jus voc. l. 1. uti possid. l. 1. ne vis fiat ei & c.

XLI. Juxta hætenus dicta & evicta Personæ obligatæ ad dan-
dum vel faciendum obstringuntur l. 3. in pr. de obl. & act. in pr. inst. eod.
Contrahentes, quod fidei humanæ nihil tam quàm placita custodiri
congruat l. 1. in pr. de pact. l. 20. C. de transact. l. 1. in pr. de pec. const. De-
linquentes; quod pœnas ob maleficia, ne maneant impunita, solvi ma-
gna utilitatis publicæ ratio urgeat l. 70. §. 1. de solut. l. 25. §. 2. ad L. Aquil.
c. 35. Ex. de sentent. excom.

XLII. Ast utraque cum separatam naturam habeat, Dandi præ-
cisam rei, qua nihil aliud est in O. traditionem si id fieri queat, exigit.
l. 75. §. 10. de V. O. l. 2. §. 1. ff. de R. C. in pr. Inst. quib. mod. tol. obl. §. 2. Inst. de
donat. l. 11. §. 2. l. 31. in pr. de act. empr. §. 1. Inst. de empr. & vend. Bart. ad l.
9. n. 21. de R. C. & ad l. 72. n. 39. de V. S. Fab. de Monte de empr. & vend. q.
6. n. 38. & seq. Duar. in pr. tit. C. de act. empr. Coraf. 2. miscell. 3. Cuiac. ad
d. l. 72. & i. Feud. 1. Ari. Pinell. ad l. 1. C. de bon. mater. p. 3. n. 25. cum pluri-
bus aliis ab eo ibidem adductis. Dissidentes vid. apud Bocer. class. 2.
disput. 1. th. 8. Faciendi, ejus quod interest, cum valdè in civile imò ser-
vile esse crediderit Vetustas, quenquam ad factum posse cogi arg. l. 2.
ff. de lib. hom. exh. l. 71. in pr. ff. de condit. & demon. præstatione admittit.
l. 68. l. 72. in pr. l. 112. §. 1. de V. O. l. 13 §. 1. de re judic. Diss. Cuiac. ad d. l. 7. &
l. 2. §. 5. Coraf. 2. miscell. 3.

XLIII. Obligatio autem cum corpus nostrum aut servitutem
non faciat. d. l. 3. h. t. neque tamen propria autoritate sibi jus dicere li-
citur sit. l. 13. quod met. caus. l. 7. C. unde vi. l. pen. ff. ad L. Jul. de vi pri-
vat. l. 9. C. de O. A. l. 4. C. fin. regund. Actionem ad id, quod in ea versatur,
petendum producit §. 1. Inst. de act. l. 42. §. 2. de procur.

XLIV. Ea nominata est si ex nominato Contractu. t. t. quib.
mod. re contr. O. in pr. inst. de V. O. l. 11. in pr. l. 13. §. 19. de act. empr. l. 15. in
pr. ff. in pr. inst. locat. l. 7. §. 3. h. t. l. 6. §. 4. l. 12. §. 7. mandat. t. t. inst. de obl.
que

qua ex q. contr. aut Delicto §. 1. Inst. de perpet. & temp. act. Innominata
sive praescriptis verbis si ex Innominato nego. io l. 2. §. 2. de pact. l. 2. &
3. de praesc. verb. quam variis appellatam vid. nominibus l. 1. l. 16. in pr. ff.
d. t. l. 6. C. de transact. l. 27. de pignor. act. & alibi. aut In factum Praeto-
ria, si ex Delictis certum nomen actioni non tribuentibus l. 11. de praesc.
verb. Exempla in jure hinc inde obvia. vel Q. delictis l. fin. de extra. co-
gnit. §. fin. de O. qua ex q. del. Obligatio profluat.

XLV. Dolo tamen in contrahendo comisso (qui & stricti ju-
ris iudicio non vindicatur l. 7. §. 3. in fin. de dol. mal.) si nulla decepto,
qua uti poterit, actiosu perfit, aut dubitetur an sit, de Dolo subsidiaria
ex edicto competit l. 1. cum seq. l. 7. de dol. mal.

XLVI. Illis intentatis quamvis regulariter solidum exigatur,
ex Contractu tamen Proprio Maritus & Uxor. l. 17. l. 20. de re judic.
Donatarius l. 19. §. 1. l. 41. §. fin. d. t. §. 38. de act. Fac. l. 49. de re judic. Pa-
tronus d. §. 28. l. 7. §. 1. de obseq. paren. & patr. Socer, quo ad causam dotis
durante matrimonio l. 21. cum seq. de re judic. l. 15. §. 2. l. 16. cum seq.
sol. matr. Socius l. 16. l. 22. §. 1. de re ind. l. 63. in pr. Except. in l. 67. §. 3.
pro soc. Parentes & Liberi d. §. 38. d. l. 16. & 17. d. l. 7. §. 1. de obseq. Fratres
arg. d. l. 63. in pr. Filius ex hereditate aut se hereditate paterna abstinens
l. 49. de re judic. l. 2. Except. l. 4. §. 1. ff. quod cum eo qui in al. & Is qui bo-
nis cessit l. 4. & 6. de cess. bon. §. fin. Inst. de act. privilegio eo in persona
successorum vel fideiussorum cessante. d. l. 63. §. 1. & 2. d. l. 4. §. 3. quod
cum eo in quantum facere possunt, nisi ob dolum proprium in idonei
facti d. l. 63. in pr. l. 18. §. 1. sol. matrim.

Et Alieno, puta servi & filii. Dominus & Pater §. 36. de act. l. 1. §. 5. l.
41. & t. t. de pec. (idem in Fructuario, Usuuario & Bonae fidei possessore,
quo ad causas ex quibus per eos acquiritur l. 1. §. fin. l. 2. d. t.) nisi
(1) dolo malo peculio deminuto l. 21. in pr. d. t. (2) iussu expresso l. 1.
ff. quod iussu §. 1. Inst. quod cum eo vel tacito §. 2. d. t. l. 1. de exer. l. 1. & t.
t. de instit. act. interveniente (3) inque rem eorum §. 4. d. t. l. 1. in pr.
de in rem ver. necessario l. 3. §. 1. l. 5. in pr. d. t. vel utiliter d. l. 5. §. 2. ver-
sum sit, peculi. otenus, nisi tamen in tributum vocentur §. 3. Inst. quod
cum eo l. 1. & t. t. de tribut. act.

Itemque Delicto eorundem servorum, Domini nox aliter l. 2. §.
19. vi bon. rapr. l. 1. de noxal. act. nisi horum voluntate deliquerint. l. 1. ne
quis cum qui in. jus. l. 2. l. 3. l. 5. ff. l. 4. C. de nox. act. aut eos se in potestate
habere negaverint l. 21. §. 2. d. t. conveniuntur.

XLVII. Efficaciter ita initae Obligationis nexus disrum-
pitur Ipso jure (1) Solutione in pr. Inst. quib. mod. toll. obligat l. 107. de V. O.
l. 5. C. de pact. sed ejus quod debetur, non alterius d. pr. l. 16. C. de solut.
l. 2. §.

l. 2 §. 1. de R. C. siue res sit d. l. 16. siue factum l. 98. §. 6. de solut. (Except. & l. 17. C. d. t. Ant. hoc nisi. C. eod l. 8. ff. de Cond. furt.) à Debitore d. pr. aliove (excepto facto artificiali l. 31. de solut.) eius licet ignorantis & inviti nomine d. pr. l. 23. l. 53. ff. l. 17. C. d. t. l. 39. de negot. gest. Creditori vel alteri eo volente aut ratum habente d. l. 39. l. 12. C. l. 12. 49 l. 89. §. 1 l. 106. ff. de solut. non particulavim ratio in l. 3. ff. fam. ercis. & tamen l. 21. de R. C. & l. 4. C. de collat. fund. patr. sed plenariè factà. V. Donnell. 16. comm. 10.

XLVIII. Hujus vicem Creditore oblatam opportuno loco l. 9. C. l. 39. ff. de solut. l. 22. in pr. de usur. l. 122. in pr. de V. O. l. 16. §. 1. de fidejuss. l. pen. de eo quod cer. loc. & tempore d. l. 39. de solut. debiti universi l. 2. C. debitor. vend. pign. imp. non posse. solutionem acceptare derectante, Obligatio ac Deposito supplet. l. 6. l. 19. C. de usur. l. 9. C. de solut. l. 56. §. 1. Mand.

XLIX. (2) Acceptilatione l. 13. §. fin. l. 16. l. 19. §. 1. ff. l. 2. & 3. C. de accept. sed ea quæ verbis est contracta l. 8. §. 3. d. t. l. 35. de R. I. l. 80. de solut. non alia d. l. 8. §. 3. l. 14. l. 19. in pr. de accept. nisi Aquilianâ stipulatione prius novatâ l. 4. de transact. l. 3. C. de accept. §. 1. & 2. Inst. quib. mod. toll. O.

L. (3) Compensatione, l. 4. l. 10. in pr. & §. 1. ff. de Compens. §. 30. de act. in debito quantitatis l. 4. l. 5. l. 8. C. l. 11. cum sim. ff. de compens. ejusdem generis ac bonitatis arg. l. 2. §. 1. l. 3. ff. de R. C. l. 16. C. de solut. juncta l. 4. C. de compens. l. 4. ff. qui pot. in pig. l. 19. ff. de lib. caus. puro tamen l. 7. l. 16. §. 1. de compens. & liquido l. fin. §. 1. C. d. t. d. §. 30. de act. quamvis naturali l. 6. ff. de comp. non merè civili. l. 14. eod. Except. & apud Bocer. p. 1. class. 4. Dissp. 9. th. 73.

LI. (4) Novatione §. 3. Inst. quib. mod. toll. l. 2. C. l. 1. l. 2. ff. de novat. tam novæ personæ (quâ volente & stipulanti Creditori promittente l. 1. l. 6. substitutâ Delegatio fit l. 11. ff. d. t. & Conna 6. comment. 8.) interventu d. §. 3. quam debiti causâ novi quid additi vel detracti continente mutatâ d. §. 3. l. 5. l. 14. ff. de novat. sed voluntariâ l. 29. de novat. expressè à contrahentibus inita l. 2. ff. l. fin. C. d. t. nil officiendo inefficacis vel efficacis cujuscunque vice contractâ obligatione civiliter aut naturaliter persona libera vinciatur d. §. 3. d. l. 1. §. 1. de novat.

LII. (5) Mutuo contrahentium dissensu in Conventionibus duntaxat consensualibus l. nihil. de R. I. l. 80. de solut. §. ult. Inst. quib. mod. toll. O. re integrâ d. l. 1. l. 58. de pact. aut in integrum reducta d. l. 58. d. l. 1.

LIII. His subnectimus (6) Confusionem l. 7. C. de pact. l. 34. §. 8. l. 75. l. 93. l. 95 §. 2. de solut. l. 3. C. de fideic. l. 6. C. ad L. Falcid. (7) Creditoris maleficium l. 7. C. und. vi l. 13. ff. quod met. caus. l. 7. ad L. Jul. de vi prius. (8) Rei in specie debitorum l. 11. C. si cert. per. §. 2. Inst. quib. mod. re contrah. O. ante moram debitoris d. l. 47. §. 6. l. 95. in pr. de solut. l. 5. de R. C. l. 23. l. 82. §. 1. l. 105. de V. O. l. 6. de usu & usufr. leg. morâve contractâ purgatâ d. l. 91. §. 3. sine ejus culpa d. §. 2. l. 47. §. 4. de leg. 1. l. 91. in pr. & §. 3. d. V. O. (quam si in non faciendo consistat, in stricti juris Contractu non præstari volunt d. l. 91.) vel post moram creditoris l. 105. de V. O. sine ejus dolo l. 9. solut. matrism Interitum, etiam civilem §. 2. Inst. de inut. stipul. non receptum l. 23. de R. I. l. 5. §. 2. commod. l. 7. §. 15. de pact. Cui Amissio æqui valet d. l. 47. §. 2. & 4. delegat. 1. (9) Duarum lucrativarum causarum circa eandem rem in eadem personâ, nisi æstimatione prius solutâ, concursus l. 66. de leg. 2. l. 83. §. 6. l. 98. de V. O. l. 17. de O. & A. §. 6. Inst. de legat. (10) Temporis decursum si actionem temporale O. pariat l. 1. §. fin. l. 3. in pr. de fer. l. 6. l. 35. de O. & A. & (11) Capitis deminutionem tantum quoad Civilem l. 2. §. 2. l. 8. de cap. minur. & ratione Contractuum non Delictorum d. l. 2. §. 3. l. 7. §. 1. eod. nec eorum quæ in facto Creditoris consistunt l. 10. ff. d. t. l. 10. in pr. de usu & habit.

LIV. Ope exceptionis (1) Præscriptione (2) Iurejurando ab adversario delato. (3) Transactione. (4) Re judicatâ & (5) Liberationis pacto aut legato.

F I N I S.

alori
etur,
quàm
d pu-
ninus
agat,
uttre-


a ta-
a ca-
ciens,
ngat.

Sal
corpo-
acien-
visci-
Hac
cco se-

acuit,
n plu-
morbo
ariter
mpye-
rijs in
sapius

2





TRA SSBurg, Diss., A627-23

ULB Halle 3
004 527 275



Sl

VD 77





7224

3

56

1629, 17.

(2)

23

Dissertatio Juridica
DE
OBLIGATIONIBUS
GENERATIM.

QUAM,
SUMMO NUMINE OPITULANTE,
*Amplissimâ Facultate Iuridicâ in almâ
Argentoratensium Academiâ,
permittente.*

SUB PRÆSIDIO
Clarissimi & Excellentissimi
DN. NICOLAI Schützen / J. U. D.
Publicitùs discutiendam
proponit.

LAURENTIUS BECKIUS
Alceano - Palat.

*In Collegio Ictorum. Die 14. Februarij.
Horis post 7. matutinis.*



ARGENTORATI
Typis JOHANNIS REPP I, Anno
M. DC. XXIX.

